Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

pro defunctis exorare ut
a peccatis solvantur. P. L.
In diebus illis. L. Apocalip.
Audivi vocem Jo. ap.
de celo dicentem michi.
Scribe beati mortui qui
in domino moriuntur.
Amodo iam dicit spiritus
ut requiescant a laboribus
suis. Opera enim illorum
secuntur illos. L. ysaie
Hec dicit propheta
dominus deus. Orietur
in tenebris lux tua et
tenebre tue erunt sicut
meridies. Et requiem
tibi dabit dominus deus sem
per et implebit splendo
ribus animam tuam
et ossa liberabit. Et eris
quasi ortus irriguus.
et sicut fons cuius non
deficient aque. quia spiritus
domini locutus est.
Lectio ysaie prophete.

Hec dicit dominus deus.
Ecce ego aperiam tu
mulos vestros et educam
vos de sepulchris vestris po
pulus meus et educam
vos in terram israel. et scie
tis quia ego dominus cum ape
ruero sepulchra vestra. et
eduxero vos de tumulis
vestris populus meus. et dedero
spiritum meum in vobis.
et vixeritis et requiescere
vos faciam. Dicit dominus
omnipotens. Ad corinthios.
Fratres. Sicut porta
vimus imaginem
terreni. portemus et ima
ginem celestis. Hoc autem
dico fratres. quoniam caro et san
guis regnum dei possidere
possunt neque corruptio
in corruptionem possidebit.
Ecce mysterium vobis dico.
Omnes quidem resurgemus
sed non omnes inmutabimur.